



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

2. De irregularitatibus, quæ incurruntur occasione Sacramenti
Baptismatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. II.

*De Irregularitatibus, quæ incurruntur ob
Baptisma.*

Rebaptizans alterum & ministrans illi, incurrit irregularitatem, ut non possit ad maiores ordines ascendere, intellige si crimen publicum & ignorantia crassa, & non ob metum grauem, & simulatè aut sub conditione, quia leges pœnales debent intelligi cum effectu, qui autem sub conditione baptizat, verè non baptizat, quia apposita conditio si subit suspendit & impedit actum.

Item qui se sinunt rebaptizari sunt simpliciter irregulares.

Baptizati ab hæreticis non sunt irregulares; si qui Canones. Respondeo, non habere auctoritatem.

Qui se scienter baptizari sinit ab hæreticis, & sine necessitate, ille efficitur irregularis 316.

Neophyti irreg. iuxta Concilium Sardicense œcumenicum c. 13. *Conueniens non est, nec ratio, nec disciplina patitur, ut temerè ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est.*

Qui in agitudine baptizatus est, irregularis est, quia suspicio est, quod fides ab ipso non tam voluntariè, quam ex necessitate suscepta sit.

Neophyti non statim ordinandi.

Reiterans confirmationem aut Ordinem, non fit irregularis, quia iure non expressa. 317.